



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio quinta. Vtrum sit laudabile sumere sacramentum Eucharistię
omni die.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Llib. IIII. Distinctio. XIII.

deuotio ministri offerentis, & virtus sacrificii secundum beneplacitum Dei & dispositio[n]e illius pro quo offertur. Culpa[m] autem mortale non delet in s[an]cti cipiente, sed pos[t]ius multiplicat. Quia qui m[al]aducat & bibit, &c. I Cor. 11. In illo autem pro quo offertur valet ad dimissio[n]em peccati mortal[is] non per modum sacramenti quod solum pro deft[er]i s[an]cti cipiente, sed per modum sacrificii quo ipsi venia impetratur, nō immediate sed mediane contritione: quia ex merito Christi, & virtute huius sacrificii, & intentione ac deuotione offerentis pro ipso praeclitum sacrificium ipsi contrito impetratur quandoque.

AD primum arg. dicendum quod augmentum corporale si dupliciter. Vno modo per solam intentionem nullo alio addito. Et sic fit augmentum etiam in non viauentibus, per hunc etiam modum sit aliquo modo augmentum gratiae per omne sacramentum quando in s[an]cti cipiente preexistit gratia. Et sic augere gratiam primo conuenit confirmatione quae est secundum sacramentum post baptismum, sed supponit gratia baptismalem & cum augeret si eam inueniat. Alio modo fit augmentum specialiter in viuentibus per coextensionem alimenti in alium. Et hoc modo augere gratiam conuenit sacramento eucharistiae quod sumitur per modum alimento, nisi quod tale alimento debite sumpnum non conuerterit in nos, sed conuertit nos in seipsum. Et per hoc sit in nobis spirituale augumentum.

Ad secundum dicendum quod effectus huius sacramenti impeditur per peccatum veniale, non quidem si sit in nobis solum secundum reatum, sed quando est in nobis secundum actum: tale enim peccatum veniale impedit debitam deuotionem quam actualiter debet habere susepiens hoc sacramentum & per consequens impedit eius effectum, quia quauis non opponitur gratiae, vel charitate, opponitur tamen eius feruori & deuotioni accidentiis quam requirit sacramentum.

QVÆSTIO QVINTA.

Vtrum sit laudabile sumere sacramentum

Eucharistie omni die.

Tbo. 3. q. 80. aq. 10.

Quarto quæritur de frequentatione huius sacramenti, vtrum sit laudabile hoc sacramentum sumere omni die. Et videtur quod nō, quia si esset laudabile frequenter hoc sacramentum sumere quanto frequentius sumeretur, tanto esset laudabilius, sed maior esset frequentia si plures in die sumeretur, ergo laudabilius esset plures in die sumere, quod non est verum, cum consuetudine eccl[esi]e habeat contrarium, ergo &c.

Item sicut baptismus representat dominicam passionem, ita hoc sacramentum, in modo plus quia Christus infusus hoc sacramentum dicit. Hoc facite in meam commemorationem Mat. 26. Sed non licet plures baptizari, sed semel tantum, quia Christus pro peccatis nostris semel tantum mortuus est, ergo non licet plures hoc sacramentum sumere, sed semel tantum.

In contrarium est quod dicit Aug. de ver. do. Panis quotidianus est, accipe quotidie quod tibi profit.

R E S P O N S I O. Dicenda sunt tria. Primum est quod quotidie sumere hoc sacramentum est laudabile & expediens quantum ex genere facti. Secundum est quod abstineri a sumptione eius est quandoq[ue] laudabile ratione facientis. Tertium est quod inter laudabiliter sumendum & laudabiliter abstinentem melius facit qui sumit quam qui abstinet.

Primum patet sic: istud sacramentum est spirituale nutrimentum, vnde sub speciebus ad nutritionem pertinentibus nobis proponitur. Et ideo loquendū est de eo ad similitudinem nutrimenti corporalis. Ex hoc scilicet nutritiū corporale ordinatur ad vitam corporis sic sacramentum hoc ordinatur ad vitam animi. Sed quotidiana sumptio alimenti corporalis expediens est ad conseruationem vite corporalis, ne propter continuā deperditionem naturalis humili (si non fieret restauratio deperdit per sumptionē alimenti) sequeretur mors naturae, ergo similiiter ad conseruationē vite spiritualis est expedit & laudabilis quotidiana sumptio huius sacramenti. Alioquin

Questio V.

324.

cum ex concupiscentia nobis innata & occupatione circa exteriora fiat deperditio deuotionis, & reveroris secundum que homo in Deum colligitur, nisi per hoc sacramentum frequenter sumpturn fieret restauratio deperitorum deficiens potest contingere: quod homo totaliter a Deo alienaretur & spiritualiter moreretur: vnde dicit Innocentius, quod cauendum est ne si nimis huius sacramenti sumptio differatur, mortis p[er]iculum incuratur.

Quantum ad secundū sciendum est, q[ua]d hoc sacramentum requireti in sufficiente deuotione ad suscipiendum, & reverentiam ad sacramentū. Primum facit aliorū qui incitat ad frequentationē huius sacramenti, sed secundū scilicet reverentiam facit timor qui retrahit ab eius frequentatione. Si ergo aliquis cognoscat ex quotidiana sumptione deuotione augeri & reverentiam nō minui, expedit ei quotidie comunicare: si autem sentiat reverentiam minui & deuotione non inultum augeri, talis laudabiliter interdū abstinet ut cum maiori reverentia & deuotio ne postmodū accedit: vnde quantum ad hoc vniuersaliter est suo iudicio relinquendus ut faciat quod secundum fidem suam p[re]i credit faciendū est: sicut dicit Aug. quod probat per exemplum Zachari & Centurionis quoniam v[er]us excepit Christum gaudens, aliis vero dixit: non sum dignus ut intres sub tecum meū. Hoc autem videtur attendisse eccl[esi]a in statu suo, quia in primitiva eccl[esi]a quando vigebat maior deuotio ex vicinitate passio[n]is Christi indicatum fuit fidelibus, ut singulis diebus comunicarent, vnde Anacletus Papa dicit, & habetur de conse. distin. 2. peracta consecratione omnes cōmunicent, & qui holunt, eccl[esi]aticis careat limitibus, si enim & Apolloli docuerunt & sancta Romana eccl[esi]a tenet. Postmodum indicatum fuit repente deuotione quod in anno communizarent fastem ter, scilicet in Paschate, Pentecoste, & Natali Iudei: ut dicit Fabianus Papa, & habetur de conse. dist. 2. Si vero frequentius. Postremo vero refrigerante deuotione multorum statutus Innocentius tertius ut fastem semel in anno scilicet in Paschate fideles cōmunicent, extra de p[ro]p[ri]etate & re. cap. Omnia vniuersaliter sexus. Et adhuc pauci inueniuntur, & sic patet secundum.

Tertium patet, scilicet quod inter laudabiliter sumendum & laudabiliter abstinentem melius facit qui sumit quam qui abstinet, quod patet primo ex genere facti: melius est quod est boni per se quam quod est boni per accidens, sed sumere hoc sacramentum est bonum & expediens de se (vt patet ex primo articulo) abstineri autem nō est bonum nisi per accidens, scilicet ex conditione recipiens, ergo sumpcio huius sacramenti praeminet abstinentie. Secundum patet id ex parte effectus, quia duplex bonum praeminet vni vbi vitium includitur in duobus, sed recipiens dignum sacramentum recipit effectum sacramenti ex opere operato & habet meritū ex deuotione ex qua suscitatur. Abstinen[ti]s vero & si possit habere meritū ex reverentia abstinentiū non percipiunt tantum fructū qui est ex sumpcione sacramenti, ergo plus proficit qui dignè suscipit & qui abstinet. Tertio patet id ex habitu inclinat ad virtutem, quia sicut se habet habitus ad habitu[m] sic actus ad actum. Sed amor qui inclinat ad susceptionē sacramenti praeminet timori, qui retrahit a susceptione eius, ergo suscipere melius est quam abstineri. Adhuc suscipiens sacramentum in aliquo se disponit ad id quod melius est. Abstinen[ti]s vero ex reverentia non propter hoc se disponit ad aliquod melius. Relinquitur ergo quod melius est hoc sacramentum laudabiliter sumere quam laudabiliter abstinentiū.

AD primū arg. dicendum, quod supposita dispositione congrue recipiens melius esset quātum est ex genere facti cōmunicare plures in die q[ue] semel, nisi confitudo eccl[esi]e esset in contraria que videtur satis rationabilis, quia satis est difficultate quod vno die aliquis preparet se sufficienter ad suscipiendum hoc sacramentum, vix autem inueniatur qui plures eodem die præparet se ad ipsum. Et iterum quia hoc sacramentum est memoratiū passionis dominicae. Congruit ergo vt saltet per hoc quod semel in die cōmunicatur repræsentetur unitas passionis.

Ad secundū dicendum, quod baptismus representat passionem Christi secundum quod generat in nobis spiritualem vitam. Et quia generatio vniuersaliter nō est nisi semel, ideo baptismus non repetitur, sed eucharistia

SS. 4. repræ-

**Magistri Durandi de
representata eandem passionem secundum quod nos resi-
cit quasi spirituale alimentum. Et ideo debet iterari, sicut
alimentum corporale frequenter iteratur.**

10 Autoritas autem Augustini que allegatur in oppo-
situm supponit conuenientem dispositionem sufficiens,
vnde postquam dixerat verba predicta subiunxit, sic viue-
re quotidie merearis accipere. In casu autem in quo est
dubium de sufficiens dispositione dicit in lib. de eccl-
esiasticis dogmatibus: quotidie eucharistiam accipere nec
laudo, nec vitupero. Singulis autem diebus dominicis
communicandum hortor. Et habetur de consecr. distin. a.
capitulo Quotidie.

Sententia huius distinctionis. XIIII.
in generali & speciali.

Soleat etiam queri. Superius determinauit Magister de
sacramento eucharistiae quantum ad esse & fieri. Hic
determinat de eo quantum ad dispensationem. Et diuiditur
in quatuor partes. Primo determinat de ministro dispe-
nante. Secundo de sacramenti suceptione. Tertio epilo-
gat dicta in hoc tractat. Quartu subiungit quoddam in
cidens. Secunda ibi, Illud enim potest sane dici. Tertia ibi,
De hoc coelesti mysterio. Quarta ibi, Ne autem ignorues.
Prima in duas. Quia primo inquirit de ministerio dispe-
nante. Secundu subiungit que requiruntur in ministro ut
hoc sacramentum possit confidere ibi. In huius autem my-
sterii explicatione. Prima adhuc in duas. Quia primo ine-
quirit an sacerdos malus possit confidere. Secundo utrum
praeceps ab ecclesiâ. Secunda ibi, Illi vero qui excommu-
nicati sunt. Haec est diuisio, &c.

2 IN speciali sic procedit. Et proponit primo utrum
malis sacerdotes possint hoc sacramentum confidere. Et re-
pondet Magister quod bonitas vel malitia ministri nihil ad
consecrationem facit: quia hoc non est in merito consecra-
tis sed in verbo effectus creatoris. In hoc enim sacramento
sub tegumento terum visibilium diuinam virtutem secerit
operatur salutem. Et hoc pluribus autoritatibus confirmat.
Postea dicit quod precisi sunt per excommunicationem ab
ecclesiâ (vt hereticus) non videntur hoc sacramentum posse
confidere, quanvis sint sacerdotes: quia nemo dicit in con-
secratione huius hostias offerre, sed offerimus, qualis in per-
sona totius ecclesiæ, ipsi autem sunt extra ecclesiæ. Misericordia
etiam dicitur, eo quod coelestis nuncius missus adueniens
ad consecrandu hoc sacramentum. Non est autem prae-
sumendum quod ad benedictionem hereticus Deus mittat ce-
lestem nuncium, cum ipse dicat per Prophetam: Maledic-
cam benedictionibus vestris. Postea dicit quod ad conse-
crationem huius ministerii requiritur quod minister sit
sacerdos & quod habeat intentionem consecrandi (hanc
saltem) quod intendat facere quod facit ecclesiæ. Postea
dicit quod corpus Christi a bratis non sumitur, quid ergo
sumunt quando species incaute seruatæ comedunt, dicit
se nescire, sed Deus scit. Postea epilogat dicens, quod de
hoc sacramento aliqua perfrinxit quibus illi qui contrar-
dicunt hereticus sunt censendi: quid est autem hereticus
diffinit, quod ille est hereticus qui falsas ac nouas opinio-
nes contra fidem gignit aut sequitur.

QVÆSTIO PRIMA.
Utrum consecratio huius sacramenti propriè
conueniat sacerdotibus.

Tb. 3. q. 81. ar. 1.

Circa distinctionem istam queritur de duobus in ge-
nerali. Primo de dispensatione huius sacramenti. Et
secundu de heresi de qua Magister facit mentionem. Cir-
ca primum queruntur quatuor. Primum est quis possit
hoc sacramentum consecrare. Secundum est an licet sa-
cerdoti omnino a consecratione seu celebratione cesare. Ter-
tium est cui licet hoc sacramentum dispensare. Quan-
tum ad primum queritur utrum consecratio huius sacra-
menti propriè conueniat sacerdotibus. Et arguitur quod non
quia in institutione huius sacramenti dixit Christus
Apostolis: Hoc facite in meam commemorationem, per
quod videtur commississe consecrationem huius sacramenti
solis Apostolis, sed simplices sacerdotes non succedunt logo-

Sancto Porciano

Apostolorum, sed Episcopi tantum, ergo videtur quod
confectio huius sacramenti conueniat solis episcopis.

2 Item dicit Augu. quod extra ecclesiâ catholicam
non est locus veri sacrificii: & habetur prima causa quæ-
stionis. i. cap. quod quidam, sed multi sacerdotes sunt ex-
tra ecclesiâ saltem schismatice & heretici, ergo tales non
debet hoc sacramentum confidere.

3 Item eadem est potestas sacerdotis quæ potest hoc sa-
cramentum confidere, & absoluere in foro penitentie.
Sed sacerdos excōmunicatus, vel degradatus non potest
absoluere in foro penitentie, ergo nec confidere.

4 IN contrarium est determinatio ecclesiæ, ca. i. vbi
dicit sic: hoc sacramentum neim potest confidere nisi so-
lus sacerdos qui ritè fuerit ordinatus.

5 Et arguitur sic per rationem. Quia digniora sunt sacri-
ficia no. le. quam vet. Sed offerre sacrificia veteris legis sunt
proprium sacerdotibus, ergo fortiori ratione offerre sa-
cificium novi legis conuenit sacerdotibus.

6 R E S P O N S I O. Quid proprium sit quod conuenit
soli & omni dicendum est quod confidere hoc sacramentum
eucharistiae conuenit propriè sacerdotibus, quæ conuenit
solis sacerdotibus & omnibus sacerdotibus, quæ conuenit
solis sacerdotibus patet sic: cuius est potestus eius est actus,
sed potestas colletardi est in solis sacerdotibus, ergo actus
consecrandi solum coperit eis. Major patet per Artif. de
s. & vi. Minor probatur, quia potestas quæ datur per
consecrationem solum est in consecrato. Sed potestas conuenientia
di sacramentum eucharistiae datur in consecratione sacer-
dotali, vt patet per formam verborum quæ dicit episcopus
consecrando sacerdotem & tradendo ei calice quæ sunt
ista: accipe potestatem sacrificii offerendi, missamq; cele-
brandi tam pro viuis quam pro defunctis in nomine domi-
mini, ergo soli consecrati consecratione sacerdotali ha-
bent potestatem confidiendi hoc sacramentum.

7 Quod autem conueniat hoc sacramentum confidere
omnibus sacerdotibus ita quod si seruit omnia quæ sunt
de necessitate sacramenti verum sit sacramentum, patet sic:
Si nō omnis sacerdos posset hoc sacramentum confidere, hoc
estet aut propter demeritum vite, quia esset malus, aut pro-
pter defectum in fide, quia esset hereticus, vel proper senti-
entiam ecclesiæ, quia esset excommunicatus, vel propter
depositiōm ab ordine, quia esset degradatus. Sed nullum
istorum impedit quia sacerdos possit verè confidere,
ergo &c. Major patet. Minor probatur secundum quatuor
articulos in ea contentos, quod enim malitia vita non
impedit probat sic: quia sicut dictum fuit supra dict.,
cum ageretur a baptismo bonitas moralis & bonitas
ministeri sunt bonitatis omnino separatae, ita quod una
aliā non requirit necessariā sicut potest deduci in omni
ministerio humano. Et multo amplius potest hoc dici
de ministerio sacramentorum Dei, quia in eo totus esse
etius interior est à Deo & non à ministerio sed solum exter-
ius ministeri. Et ideo interior bonitas, vel malitia mori-
talis ministeri nihil facit ad ministerium. Cum igitur sa-
cerdos in consecratione huius sacramenti non habeat pote-
statem nisi simpliciter ministerii, patet quod eius malitia
non impedit effectum sacramenti dum tamen concurrat
alia quæ ad sacramentum sunt necessaria. Nam secundum
Augustinum, & est autoritas canonizata, i. quæst. i. Hoc
sacramentum non in merito consecrantis, sed in verbo
confidit creatoris.

8 Quod autem defectus in fide non obstat confiditioni
huius sacramenti patet sic: Si ad sacramentum requiretur
fides ministeri maximè requireretur ad sacrificium baptismi
qui per excellētiā dicitur sacramentum fidei. Sed ad
baptismum non requiritur fides ministeri vt probati sunt
supra, ergo nec ad confiditionem huius sacramenti. Dico
autem de fide, & nō de sacramento quo quis primò affi-
bitur fidei videlicet de baptismō, quia sine eo nullus esset
sacerdos, nec per consequens minister huius sacramenti,
utrumque predictorum probari potest vna communis
ratione sic: Ad efficiendum aliquem actum quantum ad ef-
ficiem actus nunquam necessarius est habitus. (Habitus
enim solum ponit modum sicut ad cōcupiscentium non
requirit temperantia, sed ad bene concupiscentium) sed
gratia & fides per quam est bona vita ponuntur esse qui-
dam